



**Chronologiae Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustißimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

8. Quando dictum Ezechieli: vastata est ciuitas, cap.23.v.21.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64340)

post precedens vastationem.

primi ad me dicens: caue lugubre, super multitudinem Aegypti. His consonant Hebraea: at vero Septuaginta iam S. Hieronymi & Theodoretum temporibus discrepabant, licentiam habent: Et factum est in duodecimo anno, primi mensis, quinta decima mensis. Non tamen idcirco vulgata nostra editio deleenda est, cui etiam S. Hieronymus adhæret, dum hunc locum sic interpretatur: in eodem anno, & in eodem ut putamus mense, sed non in vna, ut supra, mensis, verum in quinta decima, hoc est 14. diebus postquam Ezechieli dictum erat: assume lamentum, hic vers. 1. Assentiuntur Lyra, Hugo, Maldonatus, Mariana, Sa, Cornelius, Menochius. Addunt bene S. Hieronymus & Hugo, præcedentem prophetiam non Nilunio, traditam fuisse; hanc plenilunio. Tunc enim Hebræi suos menses ad Lunæ cursum accommodabant, quod etiam num factitant. Itaque iussus fuerit Prophetæ, lugubre canere anno ante Christi æram 589. circa 28. Februarij, iuxta ea quæ paulo ante notabam.

EZECH. XXXIII, v. 21.

Et factum est, in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis, transmigrationis Nostræ, venit ad me, qui suserat de Ierusalem dicens: vastata est ciuitas.

Q V Æ S T I O VIII.

Quandonam Ezechiel nuncium de Vrbe vastata acceperit.

1. Hic Septuaginta Sixti habent, in anno decimo, mense duodecimo: apud Theodoretum: anno duodecimo, mense duodecimo. Syrus anno undecimo, mense duodecimo, ut refert, & fauet idem Theodoretus. Verum ut in præcedentibus; ita hoc loco editio Latina illis præponenda est, & legendum: in anno duodecimo mense decimo, die quinta, prout legimus apud S. Hieronymum & Theodoretum, in Hebræo, Chaldæo, plerisque Græcis exemplaribus. Anno enim decimo transmigrationis Iechoniæ, de qua hic est sermo, necdum erat capta ciuitas. Clades itaque Ierololymitana, anno duodecimo, mense decimo, quinta die Ezechieli nunciata est.

Annoto. transmigrationis non est vastata ciuitas.

2. Hinc detegitur Capellitemeritas, qui anno m. 3409. cum omnes, inquit, prophetia Ezechielis, ordinem temporis sequantur accuratissime &c. Hanc enim suppositionem falsam esse quiuis deprehendet, qui hanc narrationem anno 12. mense decimo factam cum duobus varicinijs præcedentibus cap. 32. v. 1. & 17. notatis contulerit, ut ea taceam, quæ ex varijs bonæ notæ scriptoribus supra non semel annotavi de ordine temporis in harum prophetiarum contextu, non vbi que obseruato. Vide cap. 31. ver. 1. Sed restat dubium, quanto tempore post captam Ierusalem, hæc Vates acceperit.

Contra Capellum.

Quest. Chron. P. 3.

3. S. Hie-

pi
logia
menti

13.
M. Philip

Chrono
vet. Testa

A IV
17

Quando
capti sunt
iher.

3. S. Hieronymus hic. Vndecimo anno Sedecia, inquit, quom-
pra est ciuitas Ierusalem : hæc autem prophetia, duodecimo
mense, quinta mensis, captiuitatis siue transmigrations, quatuordecimo
chonia. Ex quo ostenditur, post vnum annum & quatuordecimo
quinque dies à capta Ierusalem, venisse Babylonem vnum ciuitatis
qui nunciaret captam Urbem arque vastatam. Allentianus Hiero-
Sanctius, Cornelius.

4. Grauitas patronorum huius opinionis, eam interpretari
probabilem: ratio tamen, qua videntur, efficax non videtur. Cap-
tas anno vndecimo Sedecia, & transmigrations de sinente, dicitur
Ezechielem venit anno duodecimo iam corrente. Adhuc cum Nabuchodonosor
Babylone imperaret, mirum valde foret, si non nisi post 17. menses
nuncios, quâ per captiuos, tum Babylonij, tum exules Iudeos
certiores fierent. Respondent aliqui, vt Sanctius, Iudæos, qui Babylone
facile potuissent ab ijs, qui cum Sedecia fuerat abducti, Urbem ex-
ire: sed publica & quasi legitima legatione, non nouerant. Hanc autem
ijs missam putant, quo occiso Godolia in Ægyptum profugerat
pore captam dici Urbem, & Iudæam desertam, quia Iudæi vnum
tam in Urbibus, quam in cauernis & Urbium ruderibus habitabant.
pheta insinuat. Hanc autem responsionem facile amolitur, quod
casum post 17. circiter menses Babylone lippis & tonforibus
circo ad eum nunciandum publica legatione opus non fuisse, vt
qui fugerat de Ierusalem, non tam legarum publicum ex Ægypto
priuatum aliquem Ierosolymis fugitiuum indicare videntur.

Nuncius
de capta
urbe cito
venit Ba-
bylonem.

5. Cornelius vero fatetur mirum quidem videri, quod Eze-
chielis de Urbis expugnatione nuncium accepit; verum in tanta eor-
dem Ierosolymæ effugerant, paucitate, & locorum distantia, id
esse: cum quisque de se, & vita sollicitus, parum de clade hac in
cienda cogitaret. Ego verò non possum non mirari, Nabuchodonosor
per nuncios, vel per captiuos, suas victorias Babylone non prius
cè notissimas fecisse, quàm annus & quinque ferè menses effluis-
quidem aliquando in mentem venerat, vt cap. 5. Synopsicos indicat
ne illo qui Ezechieli dicebat: vastata est Ciuitas, calamitatem Ierusalem
nunciò significari, sed tanquam ab exule deplorari. Sed postea clari-
uerti, S. Hieronymum obistere, dum ait, venisse Babylonem vnum
ciuitatis captam Urbem & vastatam: cui ceteri interpretes assentiantur.

Nempe eo
dem anno
quo fuerat
vastata.

6. Torniellus ad an. m. 3447. num. 11. & Salius num. 70. postea
docere videntur, hunc fugitiuum ad Ezechielem venisse eodem anno

Ierusalem euerſa fuerat, quinto circiter menſe ab eius expugnatione facta quarto
 menſe anni ſacri ſiue Tamuz, anno Sedeciae vndecimo deſinente; menſe Ab,
 ſiue quinto fuit incendium Nabuzardan: menſe Tiſri Godolia mors illata. Sic
 decimo menſe Tebeth dicto, calamitas à fugitiuo nunciata eſt, corrente iam
 anno 19. Nabuchodonoforis, & 12. tranſmigrationis Iechoniae. In hanc ſenten-
 tiam venire coguntur, qui Sedeciae dant annos 11. Chronologicos poſt Ioakim.
 hoc eſt, diſtinctos ab ijs, qui poſt Urbis excidium numerantur, quod facit Chro-
 nicus Alexandrin. Beda; A do, in Chronicis, Lyra in c. 6. Baruch, Pererius li. 10.
 in Daniel. q. 3. Caſtrius in Chronotaxi prophetiarum Ieremie. Fauet Cornelius
 Baruch 6. v. 2. vbi ab anno 11. Sedeciae, vſque ad annum 1. Cyri, ait fluxiſſe an-
 nos 19. ergo addendi ſunt 11. Sedeciae, vt colligantur 70. anni captiuitatis Baby-
 loniae. quam inchoat à tranſmigratione Iechoniae. Ierem. 29. v. 10. 9. Quarto
 ergo fauet etiam S. Hieronym. dum Ezechielis 4. ab anno 6. Ezechiae vſque ad
 templi deſolationem enumerat annos 135. quod verum ex illius ſupputatione
 non eſſet, niſi vndecimum Sedeciae includeret: ait enim inde ſecutus deſolatio-
 nis annos 70. vſque ad annum 2. Darij Hyſtaſpis. Imò ibidem alios 164. annos
 colligit, in quibus 11. Sedeciae tribuit, deinde annos 70. deſolationis atexit, &
 ex vnaque ſumma conſtat 234. perperam autem id faceret, niſi annos illos 11.
 quos adſcribit Sedeciae præponeret deſolationi, quæ incepit vel quarto men-
 ſe, quando Urbem cepit Chaldaeus, vel quinto, quando eam incendit. Sic men-
 ſe decimo iam inierat annus 12. regni Sedeciae & transportationis Iechoniae.
 Iuxta hanc opinionem, potuit hic annus in Syro textu vocari vndecimus tranſ-
 migrationis, ſubaudi, vel expletus, vel more vulgi comptatus: quia curren-
 te illo anno ſacro, quo capta eſt Ieruſalem, exijt annus 11. tranſmigrationis,
 & ante menſem Tebeth inijt 12. quo dictum eſt Ezechieli: *vaſtata eſt ci-
 uitas.*

7. Hic annus eſt mihi ante Chriſti æram 550. cyclo Solis 8. Lunæ 1. qui-
 bus characteribus diem quintam menſis 10. non procul à 22. Decembris con-
 ſignamus. Eſt autem verſimile iſtum nuncium è Iudæa profugiſſe non actu-
 tum ciuitate captâ, ſed iam combuſta: imò fortè Godolia perempto, & retu-
 liſſe (quod pridie diuinitus acceperat Propheta) non ſolum urbem exciſam, ſed
 etiam Iudæorum quorſdam in latibulis reſidere, ſperantes ſe paulatim terram
 denovo habitatoribus repleturos, cum id vnus Abraham potuerit: ipſi verò
 plures eſſent ſuperſtites. Qua occasione accepta vanam eorum præſumptio-
 nem redarguit Propheta, carpit crimina, & imminentem eis peſtem, terræque
 ſolitudinem denunciât, vt latiùs deducunt interpretes: quæ omnia
 in eum annum, quo ciuitas euerſa eſt, optimè
 quadrant.

f 2

EZECH.

Euse-
 huius (em-
 tentia S.
 Hieron.

logia
 menti

Ante Chr.
 anno 550.